

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium Rhetoricum

Norimbergae, 1699

Liber III. De dispositione

urn:nbn:de:bsz:31-105401



LIBER III.

De Dispositione.

CAPVT I.

*Qua in re ponitur officium
Dispositionis?*

IN disponendis partibus tum Ora-
tionis Rhetoricæ, tum argumen-
tationum.

*Quot sunt partes Orationis
Rhetoricæ?*

Sex: Exordium, Narratio, Propo-
sicio, Confirmatio, Confutatio &
Epilogus.

[Possunt etiam quinque constitui partes, si
Confirmatio & Confutatio uno *Contentio-
nis* nomine comprehendantur. Quædam
Orationes *Narrationem* plane refugiunt,
utpote quibus tractatur *Quæstio Infinita*.
Nonnulli duas tantum constituunt partes
maxime necessarias: *Propositionem & Con-
firmationem.*]

CAPVT

...

...

...

ne.

icium

am Ora-
gumen-

tionis

o, Propo-
fucatio &

ni pares, si
o Contentio-
t. Quidam
ne refugium
estio Infrin-
stirunt par-
tionem & Con

CAPIT

Haec vigilia de aënis dicturus
Amat a se tibi levium spectacula rerum
Maona am i mogo utis totius pime gentis
Mores et fides, et populos prelatian

St
Lin

mos a
prapar
Est n
di
m
be

Quo

Per
mend
qvim
e qua
amor
cere de

Quo

Poll
cessaria
utili di

CAPVT II.

De Exordio.

Quid est Exordium?

Est prima pars Orationis, qua & in Causam introimus, & animos auditorum ad auscultandum præparamus.

Est itaque Officium ejus, præparare auditores ad reliquum audiendum sermonem. Quod fit, reddendo eos benevolos, attentos & dociles.

Quomodo redduntur benevoli?

Per $\text{H}^{\text{S}}_{\text{H}}$ Civilitatis, h. e. per Commendationem personæ, pro qua loquimur, vel auditorum, vel nostræ; e qua tamen modestia, probitas, & amor erga auditores singularis, elucere debent. pag. 29.

Quomodo redduntur attentivi?

Pollicendo, nos de re magna, necessaria, nova, jucunda, vel publice utili dicturos.

Quo-

Quomodo redduntur dociles?

Ex generali eaqve perspicua comprehensione, vel etiam, si opus est, distributione totius causæ; aut remotione eorum, de quibus dicturi non sumus.

Quotuplex est Exordium?

Duplex, Rectum & Obliquum.

Rectum est, quo sine multis verborum ambagibus, causæ bonitate freti ad rem ipsam accedimus.

Obliquum est, quo in causâ minus bona, circuitione ac tergiversatione quadam utentes insinuamus nos in animos auditorum.

*Vnde sumi solent plerumq;
Exordia?*

1. Ab illustri quâdam Sententia vel Chria.
2. Ab Occasione, Consuetudine, vel alia Causâ impulsiva.
3. A Circumstantiis Personarum, Loci,

dociles?

cua com-
opus est,
; aut re-
is dicturi

m?

quum.
alris ver-
oonitate
us.
ulla mi-
tergiver-
inuamus

um;

sententia
, Consi-
mpulliva
sonarum,
Loci

Loc
danti;
bus or
bis fuit
nos ele

Quod

Lau
& ex i
Cum
Vitupe
Longu

De

E
Sta
[Eit
Fal
gel

Loci, Temporis &c. 4. Ex abundantia; cum dicimus, rerum, de quibus oratio habenda, magnam nobis fuisse copiam, & ex ea id unum nos elegisse.

Quodnam Exordium est Laude aut Vituperio dignum?

Laudatur Exordium Congruum, & ex intimis Causæ visceribus deductum, Breve item ac Moderatum. Vituperatur Alienum, Vulgare, Longum nimis ac tumidum.

CAPVT III.

De Narratione & Propositione.

Quid est Narratio?

Est rei gestæ, aut perinde ut gestæ, expositio.

[Est enim Narratio alia *Vera*, alia *Ficta* vel *Fabulosa*: illa est rei verè gestæ, hæc quasi gestæ, commemoratio.

Intel-

Intelligitur hic Narratio Continua ; non Inter-
tercisa, sive multis digressionibus inter-
rupta.]

Quot sunt Partes Narrationis?

Tres: Rei gesta Principium, Me-
dium & Finis.

Ad *Principium* referuntur Causa,
Consilia, aliaque Antecedentia.

Medium, sive ipsius Facti expo-
sicio, amplificatur per Circumstan-
tias vulgari illo versiculo contentas:

*Quis? Quid? Vbi? Quibus auxi-
liis? Cur? Quomodo? Quando?*

Etenim in omni fere Narratione
considerandæ sunt Persona, Factum,
Locus, Instrumenta, Causa finalis,
Modus & Tempus. *

Ad *Finem* referuntur Eventus,
Consequentia & Effectus.

[* Not. (1) Non omnes Circumstantias illas
in qualibet Narratione, si res & occasio
non ferat, necessariò afferri debent. (2) Or-
dine etiam incerto illas afferri posse.]

Quot

na; non h
onibus inen

rationis?

ium, Me-

r Causa;
tia.

li expo-
umstan-
nctas:

us auxi-
oando?

arratione

Factum,
a finalis,

Eventus,

stantias illas
s & occasio
bera. (2) De
i post.]

Quot

Quo

Dua
tas; qu
tatem;
nei, ne
est nece

Prop
tius or

Qua

cum ac

in con

Et a;

simple

res div

Part

debet, l

vel qua

[Prop

ne

subr

tur

Cap

Quot sunt Virtutes Narrationis?

Duæ: *Perspiciuitas* & *Probabilitas*; quibus nonnulli addunt *Brevitatem*; si nihil adjiciatur supervacanei, nec tamen quid omittatur, quod est necessarium.

Quid est Propositio?

Propositio est, quæ summam totius orationis proponit.

Quæ, si definiat, in quo nobis cum adversario conveniat, & quid in controversia relinquatur, *sejuncta*; si unum aliquod proponat, *simplex*; si verò orationem in partes dividat, *Partitio* appellatur.

Partitio perspicua & *brevis* esse debet, nec major facile, quam trium vel quatuor partium.

[Propositioni hodie plerumque *Captatio benevolentia*, sive *Petitio* ad audiendum, subnecti solet: quales formulæ reperiuntur in *Medulla Orator. Henr. Arningi Cap. IX. similibusque libellis.*]

CAPVT

CAPVT IV.

De Confirmatione.

Quid est Confirmatio?

Est Propositionis per argumenta idonea probatio & illustratio.

Quæ Regule de Argumentorum ordinatione sunt notandæ?

1. Firmiora argumenta circa initium & finem, Leviora circa medium, adhibeantur.

2. Priore loco collocentur argumenta, quibus fides fit: posteriore autem loco, quæ ad ornandum & amplificandum usurpantur.

3. Ordo argumentorum seruetur ejusmodi, ut, quæ ex aliis quasi fluunt, posteriore loco ponantur.

Hic a Rhetoribus nonnullis agitur quoque de *Argumentatione Oratoria*, quæ ab Argumento differt ut Totum a Parte. Nam Argumentum est sola ratio: Argumentatio est fusior & artificiosa argumenti explicatio.

Quos

pe.

ione.

atio?

argumenta

ultratio.

entorum

ada?

circa ini.

circa me-

tar argu-

posteriore

mandum &

ir.

n seruetur

aliis qvafi

onantur.

agitur quop

oria, qvafi ab

Totum a Pa-

est sola ratio

& artificia

Qu

Cogitatum.

Vid. *Uffens Rudum p. 99.*

Quot su
tionum

Sylogi
tio, & E

Quid est

Est arg
bus suis c
inter se o
ne vocat

Qu

Tres p
funtio,

Omne viti

Pigritia est

Igitur Pigi

Quando

batio, & sua

firmitio, et

Omne vitiu

Quot sunt species Argumentationum Oratoriarum præcipua?

Syllogismus, Enthymema, Inductio, & Exemplum.

Quid est Syllogismus Oratorius?

Est argumentatio perfecta, omnibus suis constans partibus, certoque inter se ordine connexis. A Cicero ne vocatur *Ratiocinatio*.

Quot sunt ejus Partes?

Tres præcipua: *Propositio*, *Assumptio*, *Complexio*.

Exemplum:

Omne vitium est fugiendum. Propositio.

Pigritia est vitium. Assumptio.

Igitur Pigritia est fugienda. Complexio.

Quando Propositioni sua subjicitur Probatio, & sua item Assumptioni jungitur Confirmatio, erunt partes quinque.

Exemplum:

Omne vitium est fugiendum. Propositio.

Quia

Quia turpe est ac perniciosum. Propositionis Probatio.

Sed Pigrizia est vitium. Assumptio.

Quia rationi adversatur, & Virtuti Sedulitati opponitur. Assumptionis confirmatio.

E. Pigrizia est fugienda. Complexio.

Nec verò semper idem servandus est ordo, sed variis mutari modis potest: non solum enim a Propositione, sed etiam Assumptione aut Complexione ducere licet initium. Vid. Cl. Weiffii *Polit. Redner I. Abtheil. Cap. IV.*

Interdum vel Propositionis vel Assumptionis Probatio omittitur; ut in Orat. Cic. pro L. Manil. notabilis hic occurrit Syllogismus:

In quocunq; Imperatore sunt hæc quatuor adjuncta, Scientia rei militaris, Virtus, Auctoritas, Felicitas; is est eligendus. Propositio.

In Pompejo hæc quatuor insunt adjuncta. Assumptio.

1. *Scientia militaris, quia a puero militia interfuit, & per omnes belli casus exercitatus est.*
2. *Virtutis ejus testes sunt pleraq; nationes, atq; ipsa maria prædonibus*

propositio

otio.

in Sedulo

firmatis

lexio.

us est or

est: non

tiam Af

licet ini

et I. Ab

Assum

orat. Ca

rit Syll

ratum ab

ritu, Au

. Propo

ntia. Af

puero m

li casus

us testes

ntia pra

ntia

nibus
ritate
prio ca
& hunc
ritase
toriam
triump
magistr
tanta,
gressus
tere at
E. Pompe

Q
Eltra
do vel P
titur: u
Pigri
Ergo
Omne
Ergo

nibus latè infesta, & ab hiis summa cele-
ritate liberata; Temperantia illius in pro-
priis castris & apud socios perspecta; fides
& humanitas grata omnibus. 3. *Aucto-
ritas* ex eo patet, quod ante etatem Sena-
toriam triumpharit; quod eques iterum
triumphaverit, & Consulatum ante alios
magistratus gesserit. 4. *Felicitas* illius
tanta, ut summos Rom. Imperatores trans-
gressus ea obtinuerit, qua nemo a Diis pe-
tere ausit. *Assumptionis Probatio.*
E. Pompejus eligendus. *Complexio.*

Quid est Enthymema?

Est ratiocinatio imperfecta, quan-
do vel Propositio vel Assumptio omit-
titur: ut

Pigritia est vitium,
Ergo est fugienda. Hic abest
Propositio. Vel:
Omne vitium est fugiendum;
Ergo & Pigritia fugienda. Hic
abest Assumptio.

Quid

Quid est Inductio?

Quando ex omnibus aut plerisque singularibus colligitur universale: ut, *Laudanda est Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia &c. Ergo omnis virtus laudanda.*

Quid est Exemplum?

Quando ab uno exemplo argumentamur ad aliud: ut, *Horatius non fuit condemnatus, quod sororem necaverit. E. nec Milo condemnandus, quod Clodium occiderit.*

CAPUT V.

De Confutatione &
Epilogo.Quid est Confutatio?

Est objectorum argumentorum solutio.

Officium igitur ejus est, argumentationes vel exceptiones adversario-

?

plerisque
universalis:
a. Justi
c. Er.

?

argu-
torum
fororem
mnan.

?

&

?

entorum

t, argu-
nes adve-
fama

vid pag. 170

In nomine gregorii pape
pape pape.

In nomine gregorii pape
pape pape.

In nomine gregorii pape

lariorum
docunqve

Quot m
posse

Sex n

1. Per

Propoiti

iple uni

plerumq

universa

exempl

2. Pe

nem.

Qui se

Tu sepe

torquebi

cisum, n

E. non in

3. Per

aliò abd

responsu

fariorum refellere, aut eas quomocunqve declinare.

*Quot modis refelli aut declinari
possunt objectiones adversa-
riorum?*

Sex modis:

1. Per *Instantiam*; si ostendimus, Propositionem adversarii, quam ipse universalem esse vult, (ea vero plerumqve est major,) non esse universalem, prolato in oppositum exemplo uno aut pluribus.

2. Per *Retorsionem* aut *Inversionem*. Ita si opponat adversarius: *Qui sepelivit occisum, interfecit: Tu sepelivisti; E. interfecisti! Tu retorqvebis: Imo vero qui sepelivit occisum, non interfecit. Ego sepelivi; E. non interfeci!*

3. Per *Abductionem*: Si Auditores alio abducimus, polliciti nos postea responsuros.

E

4. Per

4. Per *Contemptum* : Si dicimus, argumentum adversarii nullius vel parvi roboris esse.

5. Per *Jocum urbanum* vel *Interrogationem*, quæ adjuvatur *ὁμορφίαι*, sive actione & sono ; ut, *Cantando tu illum ? aut unquam tibi festula cerâ juncta fuit ?*

6. Per *Indignationem*, sive *Imprecationem* ; ut, *Dii te perdant, fugitive, qui ista objicis &c.*

Quid est Epilogus ?

Est artificiosa totius orationis conclusio.

Igitur officium ejus est, claudere totam orationem ita, ut stimulus relinqvatur in animis auditorum.

Quomodo hoc fit ?

Partim per *Ἀνακεφαλαίωσιν*, sive brevem potissimorum argumentorum & capitum repetitionem. Val-
la vocat *Recapitulationem* ;

Partim

In der Verzweiflung

In der Verzweiflung des Herzens


In der Unwillen oder Angst.

licimus, &
nullius v
vel Inter
vācipia
Cantand
fistula co
re Impre
ant, fugi
s?
orationis
claudere
stimulus
icorum.
?
osw, fir
rgument
onem. V
?
Parit

Partim per *παθοποιίαν*, seu Com-
motionem Affectuum.

Quos vero affectus ciere potissimum
oporteat, ex natura Causæ viden-
dum: e. g. *Si laudavimus*, Amor, Læ-
titia, Admiratio &c. *Si vituperavi-
mus*, Odium aut Pudor, excitari pos-
sunt.

In *Consiliis*, Spes, Metus aut Æmulatio.
In *Judiciis*, Ira, Lenitas, Misericor-
dia &c.



LIBER IV.

De Elocutione.

CAPVT I.

*Qua in re ponitur officium
Elocutionis?*

IN rerum inventarum ac disposi-
tarum per verba & sententias ex-
positione eleganti & ad persuaden-
dum idonea.